

doluit. IV. Mala culpa diligenter ca- A
uit V. Magna bona diligenter seruare
voluit sc. Spiritum sanctum & bona spi-
ritualia VI. Contrariis repugnauit.
VII. Ad orationem recurrit & omnipo-
tentis adiutorium impetrauit. *In proprio
sanctorum, serm. 15. a pag. 27. ad pag. 29.*

✠ IOANNIS THAVLERI sermo
ad illa verba Ioan. 12. *Nisi granum, fru-
menti cadens in terram mortuum fuerit, &c.*
In quo I. quid sit vita moriense exprimit.
II. Tres statuit morientium hominum
gradus, eorumque fructus: quorum
primus est incipientium. 2. proficien-
tium. 3. perfectorum. Quæ usè profe-
quitur. *a pag. 531. usque ad 537.*

S. LAURENTII IVSTINIANI in
festo S. Stephani Protom. docet Chri-
stum ducem spiritualis certaminis, &
Christianæ militia militibus suis pa-
rasse præsidium, contulisse auxilium,
præbuisse exemplum & præmonstrasse
post consummatos agones præmium;
quæ omnia erga B. Stephanum fuerunt
completa: vidit enim præsidium, aper-
tum celum: auxilium paratum, stan-
tem dominum: exemplum efficacem, du-
cem Christum qui prius pugnavit, vt
suis militibus præiandi præberet ex-
emplum: præmiumque condignum, æter-
nam Dei gloriam, vbi passim merita ip-
sius laudibus celebrantur. *Part. 2. serm. 2.
de SS. pag. 606. & seq.*

S. MAXIMI homilia in natali Ste-
phani Leuitæ, & Protomart. reperitur
inter opera D. Augustini tom. 10. serm. C
5. de SS. eodem planè sensu, iisdemque
verbis, solo initio excepto; & habetur
supra pag. 23. col. 2. & in operib. S. Ma-
ximi homil. 1. de sanctis col. 643. & dein-
ceps.

✠ RADVLPHI ARDENTIS de
sancto Stephano Protomartyre homil.
in cap. 6. *Act. Stephanus autem plenus gra-
tia & fortitudine, faciebat prodigia, &c.* in
quâ ostendit quantum fuerit S. Stepha-
nus I. in virtute quæ per gratiam ex-
primitur, siue per quælibet dona Sancti
Spiritus sc. fidem, spem, charitatem, sa-
pientiam, &c. 2. in opere, quoniam &
in se admirabilis erat, omnia munda-
na contemnens, Deum super omnia di-

ligens, omnia pauperibus distribuens,
inimicos diligens, in carne non secun-
dum carnem viuens, pro persecutori-
bus orans; in exterioribus quoque ad-
mirabilis, cæcos illuminans, claudos
erigens, surdos audire faciens, &c. 3. in
sapientiâ & eloquentiâ, cum electos sa-
pientes ex multis nationum synagogis
disputatione superarit. 4. in contem-
platione in cælum intendens, quæ vi-
sio partim corporalis, partim spiritua-
lis fuit. 5. in patientiâ, cum ab eis pas-
sus est, quos non solum non læserat, sed
& multis bonis cumalauerat, 6. in cha-
ritate, quoniam cum eos asperrimè cor-
rigeret, ita feruenter diligebat: cum ita
feruentissimè diligeret, ita asperè cor-
rigebat: quia perfectè odiebat vitium
& perfectè naturam diligebat. 7. in
morte, ab opere & oratione perfectio-
nis transit ad perfectionem quietis.
a fol. 6. pag. 2 ad fol. 11. pag. 2.

Eiusdem, in sanctam Euang. lectio-
nem homil. ex cuius serie. I. Christi
bonitatem manifestat in Iudæos, qui-
bus non tantum temporalia sed & spi-
ritualia beneficia exhibuit, doctores &
pastores ad correctionem & eruditio-
nem mittendo; Prophetas qui suum
primum & secundum aduentum, pœ-
nas reprobos & gloriam iustorum
prædicarent, dando; sapientes qui eos
docerent pœnas reprobos evitare,
& gloriam iustorum consequi; mitten-
do Scribas, qui hæc omnia scriberent
& in memoriam reuocarent; his etiam
magnum affectum demonstrauit his
verbis *quoties volui congregare filios tuos,
&c.* II. Iudæorum in Christum peruer-
sitate elicit, qui ad se missos prædica-
tores vel non audierunt, vel auditos
contemnere voluerunt, vel persecuti
sunt & occiderunt mala pro bonis red-
dentes. III. Ultionem venturam super
Iudæos & eorum imitatores deprehen-
dit, super quos venire debet, reatus &
ultio omnis sanguinis iusti, desertio &
vilitationis subtractio. *a fol. 11. pag. 2.
ad fol. 15. pag. 2.*

S. THOMÆ AQUINATIS sermo
in illud *Actorum 6. Stephanus autem plenus
gratia, &c.* agit de coronis & docet.